PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 108r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



procelloso et inimicorum agminibus pleno
in bealli carnis nauicula nauigat
tanto maior est timor et astucia se tuen-
di Infinitas pessimas ille temptator
diabolus nocendi possidet artes. Qui
incautus pergit leuissime capietur
Qui incunctis timet ab omnibus diabo-
lis hic timetur. Certe plus nil nocet quam
spreto aliorum consilio. Ut propria uolun-
tas precipit ambulare. Qui sue enim uo-
luntati credit in cunctis quoque facit finem
odibilem adinueniet. Magnus ex
emplo iam finito timor de fragilitate
nostra maxima et de diabolica calidi-
tate et astucia nobis omnibus demonstratur
magna et spes uenie peccatoribus de-
claratur Cernens namque se monachus
a diabolo deturbatum. delusum ac
etiam in tanta miseria captiuatum. Pro-
tinus suffragiis gloriosissimi hieronimi
cuius semper deuotus extiterat suam mise-
riam et culpam uehementissimam recognos-
cens in seipsum redijt Et de eadem exi-
ens paterna domo. omni retardacione
abiecta lugens et dolens ad fontem
penitencie properauit. Deinde uero in
suo monasterio per annos duos in
tanta se abstinencie asperitate afflixit

108

L4